

## C A P U T II.

*De Attributis principiorum quatenus non tantum corpus ipsum ex iis constat, sed etiam operationes inde resultant.*

*Respondens l. 2. Phys. Aristotelis.*

**T**heor. I. principium ex quo motus & quies &c aliae ( si quae sunt) operationes corporis naturalis procedunt, est ipsa corporis Natura, ut constat postul. I. ex def. 2. c. I.

II. Natura quæ principium est operationum Naturalium corpori Naturali quæ tali competentium competere ei debet primum per se & non secundum accidens. l. 2. T. 2. & 3. primum nisi esset, nec operationes illæ primò seu qua tali ipso competenter, posterius nî esset sequeretur eas non fluere à corpore ipso per se, sed ex aliquo ipso accidente.

III. Quæ corpora tale principium suarum operationum habent, sunt Naturalia, quæ non habent ea eatenus non

A 7

sunt